

BS 548

M5

V. 24

FONDO E. METERIO
VALVERDE Y TELLEZ

MONITUM.

Si consulantur quotquot hanc materiam tractavere scriptores, si nostræ ad omnes universim theologos præmissæ consultationes attendantur, si seminariorum denique spectentur traditiones, ac uniuscujusque Scripturas excellentis vox quaquaversum recolatur, tres præsertim extiterè viri qui D. Pauli Epistolæ luculenter admodum commentati sunt, nempe Cornelius à Lapide, Estius et Pequigny; nec unum præ duobus aliis extollere, nec cuilibet ex tribus eorum commentariis palmam concedere nemo adhuc ausus est. Porrò illud nobis felicissimè obligit, ut nodum Gordianum, gladio non adhibito, solveremus, ita ut omnium omninò placitis satisfacere, omnesque hæc de re sensus præconceptiones demulcere, nullâ tantarum divitiarum parte detractâ, potuerimus: integrum scilicet Bernardini à Piconio opus exhibebimus, tum unâ subjungetur Estii necnon Cornelii à Lapide exquisita Epitome, auctore Joanne à Gorcum. Et hæc erit, ni fallimur, præstantissima laboris nostri ordinatio, atque omnium votis certè accommodatissima: quæ quidem nostra assertio, si fortè à vero vel minimùm abesse quibusdam videatur, nullam perficiendi operis rationem nobis ampliùs suppetere libenter fatebitur.

BERNARDINI A PICONIO VITA.

BERNARDINUS A PICONIO (Galliccè DE PEQUIGNY), minorita capucinus, necnon theologie emeritus professor, Piconii natus est anno 1655, ac Lutetie Parisiorum obiit anno 1709. Pauca admodum de ipso narrant historici, nisi quòd suis in sacros novi Testamenti Libros lucubrationibus plurimum inclaruerit, quippe qui Evangelia egregiè omninò commentariis illustravit, ac D. Pauli Epistolæ triplici expositione interpretatus est, quod quidem posterius opus à Clemente Papâ XI laudibus exornari meruit. Hanc verò laboris sui formam instituit Piconius: 1^o analysim exhibet, quâ textûs apostolici ordo connexioque declarantur; 2^o paraphrasim subiungit, quâ mens Apostoli breviter clarèque exponitur; 3^o demùm commentarium annectit, ubi literales notæ, variæ lectiones ac sensus textui conformiores afferuntur. His omnibus accedunt observationes dogmaticæ, piæ, morales et asceticæ, necnon variæ praxes christianæ per totum commentarium dispersæ, et in corollario pietatis post singula capita collectæ; adeò ut ex doctissimi simul et religiosissimi auctoris labore magna quedam seges fructuum maximè desiderabilium non modò divini verbi concionatoribus ad sui et aliorum salutem, sed et omnibus quibuscumque ad divinam mentis et cordis vitam enascatur.

JOANNIS GORCOMII VITA.

Gorcomus seu a GORCUM (Joannes), Batavus, ex oppido patrio Mosæ adsitio, ac BB. Martyrum, anno 1572 pro Christi fide ab hæreticis interemptorum nece famoso, nomen adeptus est. Eum è parentibus Calvinianâ hæresi imbutis natum inde constat, quòd ipse eidem aliquantisper acquievit. Sed errantem ovem ad Domini caulam revocavit venerabilis vir Peregrinus Pullenius Ruremundanensis presbyter, circa initium seculi decimi septimi. Ad sacerdotiû subinde dignitatem evecus, per reliquum vite tempus nullâ die desitit christianam plebem ad morum emendationem ac sinceram pietatem quâ voce, quâ scripto, quâ vite sanctioris exemplo, provocare; quibus dùm totus incumbet Gorcomius, obiit in oppido Sylvaducensi, anno, ut probabilior conjectura est, 1625.

Operum à Gorcomio editorum indicem sequens catalogus exhibet: 1^o *Exercitatio spiritualis ad unionem cum Deo, in hæc verba psalmi 72: «Mihî autem adhaerere Deo bonum est,»* etc., Belgicè, uti sequentia sex; Antuerpiæ 1610, in-12; — 2^o *Spiritualis Clypeus, Catholicis universis adversus quotidiana adversariorum tela peritilis; liber è sacris Scripturis et SS. Patribus collectus, cui accessit Erpositio duodecim articulorum Symboli Apostolici,* Antuerpiæ 1610, in-12, ac Sylvaduci 1616, in-12; — 3^o *Nuptiæ spirituales inter Deum et naturam humanam,* 1614, in-12; — 4^o *Spiritualium florum Hortulus, præclara multa de virtutum amore et vitiorum odio documenta complectens, per questiones et responsa, alphabeti ordine digestus,* 1612, in-12; — 5^o *Consolatorium agrorum,* 1614, in-16; — 6^o *Expositio mystica Cantici canticorum,* 1616, in-12; — 7^o *Speculum perfectionis cognitionis,* 1618, in-12; — 8^o *Epitome librorum R. P. Jacobi Alvari de Paz, societatis Jesu, de vitâ spirituali ejusque perfectione,* 1620, in-12; — 9^o *Epitome Commentariorum Estii et Cornelii à Lapide in omnes D. Pauli Epistolæ.* Illud porrò compendium, quod lectoribus nunc exhibemus, Gorcomius è succinè ac summam concinnare studuit, ita tamen nullum ut locum vel verbum omiserit, quòd aliquam includere difficultatem videatur, quin è ejus.... quoad licuit, dilucidam expositionem afferat. Verba sunt ipsius auctoris infra in præfatione relata. Subjungit verò: «Nullum per me, vel Apostolus ipse, vel commentatores ambo, patiuntur detrimentum.» Iterum: «Nilil quòd ambo quidem cognita habent necessarium omitto.» Et hæc reverè egregie

S. S. XXIV.

(Uac.)

7725

à brevioro nostro præstita fatebitur, quisquis hanc ejus Epitomen cum Estii et Cornelli Commentariis contulerit.


ESTII VITA.

ESTIUS (Guillelmus), WILLIAM HESSELS van EST nuncupatus, Gorcomii in Hollandiâ natus est anno 1542, ex antiquâ familiâ Estianâ (d'Est). Lovanii doctoris infulam adeptus est anno 1580. Ducum ob præclaras animi facultates acersitus, theologie professor, seminariique superior, præbandam in primariâ S. Petri basilicâ consecutus est, ac Universitatis cancellarii munere insignitus. Eadem in urbe vitâ functus est Estius anno 1615, ætatis verò 71, vir singulari doctrinâ simul et sacerdotali pietate conspicuus, quem ob improbos labores scientiæque altitudinem Benedictus XIV doctorem fundatissimum appellavit.

Edidit 1^o *Commentarium in Magistrum Sententiarum*, 2 vol. in-fol., Parisiis, 1696, et Neapoli, 1720, opus sanè exquisitum, multisque Scripturæ sacræ ac Patrum locis corroboratum, quod junioribus theologiæ candidatis plurimum commendavit Dupius; — 2^o *Commentarium in Epistolas D. Pauli*, quod abbreviatum à Joanne Gorcomio infra subjungimus. Ille verò monendum, nos valde dolere quòd Estius, optimus quanquam catholicus, aliquando tamen Hesselii Baique quos magistros habuit loquendi modum secutus sit. Cautè igitur inter alia legendum quòd profert in Commentario ad Hebr. 9, 28, ex Valentini anni 855 synòdo, *Christum non fuisse sanguinem pro omnibus omnino hominibus, sed tantum pro iis qui credunt, atque erroris damnandos qui secus sentiunt*. Constat verò hanc Valentini synòdam ab Apostolicâ Sede nunquam fuisse approbatam. — 3^o *Annotationes in loca difficultiora sacræ Scripturæ*, Duaci, 1628, in-fol., et Antuerpiæ, 1699; — 4^o *Orationes theologicæ XIX*, Lovanii; — 5^o *Historiam martyrum Gorcomiensium*, Duaci, 1605, in-8^o; — 6^o *Martirium Edmundi Campiani S. J.*, è Gallico sermone in Latinum translatum.

Quantùm ad ea quæ Cornelium à Lapide spectant, ejus abbreviatum in D. Pauli Epistolas commentarium Estii feebus adjunctum exhibet infra Joannes à Gorcum, ad tomum 5 Scripturæ sacræ lectores nostros remittimus, in quo, col. 51-52, ipsius texta est biographia.

BERNARDINI A PICONIO HOC OPUS INCHOANTIS DEO OPTIMO MAXIMO VOTUM.



Gratiâ tuâ ab omnibus liber, unum te quero, ô Deus veritas et amor! hancque felicem mentis et cordis vitam in terris inchoare desidero, quam in cælis per totam æternitatem, infinitâ tuâ fretus misericordiâ, ducturum me spero.

Ibi tunc eris perfecta mentis meæ vita, cum te, ô summa veritas, clarè videbo; ibi tunc eris plena cordis meæ vita, cum te, ô Deus charitas æterna, toto corde diligam.

Quando itaque veniam et apparebo ante faciem tuam? ô Deus, summa mentis et cordis felicitas! quando te facie ad faciem intuebor? quando te totâ cordis plenitudine diligam? quando tibi totâ animâ adherens, unicus, totus in te transformatus, totus in tuæ divinitatis abyssum immisus et absorptus, unum tecum ero spiritus, tuâ vitâ vivam, tuâ beatitudine beatus?

Hæc est vita æterna.

Interim tibi, ô Deus, omne bonum, omnisque boni centrum, per fidem et charitatem adherere, et in te solo, Domino et Deo meo, totam ponere spem meam, mihi bonum et omne bonum esse, tuâ gratiâ intelligo.

hoc vita, hoc gloria, hoc divitiæ, hoc beatitudo, hoc omne bonum.

Hanc igitur sacram divinamque adhesionem, eadem tuâ gratiâ, libens et gaudens eligo, tibi uni deinceps vacaturus, per assiduam orationem et per continuum meditationem verbi tui, quòd æternæ veritatis tuæ quasi radius est, et divini amoris tui velut scintilla; et idèò mentis et cordis inchoata vita; vita quippe mentis veritas, vita cordis amor.

Confirma hoc Deus quòd operatus es in me. Adjuva me Deus, salutaris meus. et propter gloriam nominis tui, ab omnibus obstaculis liberum me, tuâ gratiâ, in hoc sacro otio, quòd et magnum negotium est, sustine; vivam in posterum tibi, soli, totus, omnino, semper. Hoc ut ita sit:

Illumina vultum tuum super me, et miserere mei, ô Deus veritas! ure cor meum et renes meos, ô Deus charitas! luceam à te! ardeam ex te!

Hic eloquiorum tuorum veritate nutrir, donec te, veritatem ipsam, videam; et videndo, nutrir ex te, hic eloquiorum tuorum ignibus ardeam donec te,

æternâ charitate, fruâr, tuique amore beatifico, in te transformatus, ex te et in te vivam.

Sis nunc in terris vita mea per verbi tui irradiationem et ardorem, donec per tuam essentiam, quæ veritas et charitas est, mea sis in cælo, æterna beataque vita.

Scopus auctoris, OPERISQUE RATIO ET OCCASIO.



Hoc opus, quòd in publicum nunc prodit, multis, si Deo placeat, profuturum; ad meam utilitatem propriam mentis nimirum et cordis vitam, scripsi.

Duplex itaque mihi fuit in assidua, per plures annos, Epistolarum beati Pauli lectione et jugi meditatione scopus; veritatem, scilicet, quæ ex D. Augustino, vita mentis est, indagare; et charitatem, quæ ex eodem doctore, vitæ cordis est, accendere, nutrire, augere; et reverâ, Deo votis meis annuente, tot et tantos effectus utriusque percepi, ut hoc opus, quandiu fuit mihi proprium, vocaverim vitam mentis et cordis.

Illius autem scribendi hæc ratio fuit et occasio. Primo, sanctum Paulum semper veneratus sum, ut totius mundi doctorem, ab ipso Christo Domino, jam glorioso et in cælis regnante, edoctum, Dei Spiritu afflatum; et à cælis ad nos missum, quasi à suo latere legatum, sui que Evangelii præconem et interpretem fidelissimum.

Secundò hujus apostoli scripta mihi visa sunt in Ecclesiâ, quasi fontes luminis et ignis perennes et inexhausti; unde veritas et amor indesinenter et ubique scaturiant; unde vitæ mentis et cordis, omnibus illa piè meditantibus, occultâ sancti Spiritus subministratio, tributur.

Hinc animus meus, ad illa luminis et ignis scripta, semper fuit propensissimus; verum ad ea quietè legenda, penetranda et gustanda, mihi non dabantur otium conveniens.

Divinâ tandem favente providentiâ, ab aliorum curâ fui liber, optumè mihi concessum est otium; tunc nullatenus hesitavi quid agerem, ubi mentis et cordis vitam quaererem; sed divino quasi instinctu impulsus et abreptus, animum applici totum, ad hos vite divinx fontes; seu ad hæc apostolica luminis et ignis scripta legenda, scrutanda, die ac nocte meditanda.

Nec me spes mea fefellit: etenim in hæc jugi et assidua meditatione, et lumen vidi, et ignem sensi; et mens mea, verborum Dei veritate nutrita, et cor meum, divinis illorum ardoribus animatum, revixit.

Tunc tamen ita legebam, ita meditabar, ut nec quidquam scriptis mandarem; imò nec scribendi mens esset; etenim lux non ita facillè pingitur, ac videtur; nec calor exprimitur, sicut sentitur.

At meâ demum experientiâ doctus, quòd sæpè sapius transitorie sunt et quasi momentaneæ mentis irradiationes, cordisque motiones; aliqua tandem decrevi ad meam doctrinam, edificationem, et consolationem propriam scribere; ut his scriptis in memoriam

mibi revocarentur cogitationes, sensus et effectus, quos in lectione et meditatione perceperam, et quorum sacrâ ruminatione nutrir exoptabam.

Scripsi itaque aliqua et primum quidem sine methodo, prout res, occasio et affectus suggererant.

Sed alterâ doctus experientiâ quòd è memoriâ elaberentur quamplurima, et quidem ad textûs intelligentiam planè necessaria; et quæ mihi per meditationem fuerant elucidata, verbi gratiâ, naturalis ordo textûs apostolici, et eorum quæ in textu interseuerant, connexio; mens Apostoli, sensusque probabilior; quæ omnia non primo semper intuitu patent;

Hinc, ut memoriæ deficienti opitularer, et meæ meditationis mihi perseveraret utilitas; incepti post diuturnam et exactam ejusque capitis discussionem; imò et post singulorum versuum et verborum saltem obscuriorum explicationem, in commentario factam; cum mihi scilicet omnia vividius et clariùs erant in mente; incepti, inquam, brevem capitis analysim facere, in quâ velut in speculo, mihi statim exhiberetur ordo et connexio textûs apostolici; deinde et quandam quasi paraphrasim, ex ipsismet Apostoli verbis, quantùm potui, paucis tantum ad elucidationem additis, componere; quæ mihi mentem illius fideliter exponeret.

Sic ergo triplex mihi ferè incogitanti nata est apostolicarum epistolarum expositio, per analysim, paraphrasim et commentarium; cum hoc discrimine, ut quæ hic ordine sunt priores, natu tamen sint posteriores. Analysis et paraphrasim post commentarium prodierunt; illi nihilominus præponuntur, quia faciè unaqueque suo modo præfert ad faciorem et pleniorè lotius capitis intelligentiam; analysis exhibens partes, ordinem et connexionem textûs; paraphrasim mentem et sensum litteræ propriorem breviter exponens; donec in commentario lux plena detur.

Porrò circa triplicem hanc expositionem paucis adnoto quale meum fuerit studium.

In analysi faciendâ curavi, ut verè et merè esset analysis, seu resolutio capitis in suas partes, earum ordinem et connexionem simpliciter declarans; non verò commentarius foret, aut quid commentarii vicem tenens.

In paraphrasi tendavi vitavi ne plura dicerem quam cogitaverit Apostolus; hinc illius mentem breviter et clarè aperui, ipsius Apostoli verbis, aut saltem æquivalentibus, paucis aliquando tantum additis, ad pleniorè mentis illius intelligentiam necessariis.

In commentario attendi, ne tricis grammaticalibus,

ant questionibus merè curiosi animus distractus exsiccaretur; hinc eas non vitavi tantum, sed et ubique observationes pias, morales et asceticas miscui, cum praxibus christianis, quæ pietatem accenderent, auferent et nutrent.

An successus voluntati respondeat; penes eruditum lectorem sit iudicium; in hoc etiam laudabilis, ut puto, conatus, qui forsitan aliis ansam dabit felicis laborandi.

At, inquit, hæc triplici expositione, fit et triplex ejusdem rei repetitio.

Fateor, sed unaquæque diversimoda; alteri superaddens, sicut nulla superflua; imò ad plenam textus intelligentiam, unaquæque utilis et suo modo necessaria.

Sic crepusculum, aurora et merides sibi succedunt invicem, nec tamen obstant; quia lux una disponit ad aliam, et alia perficit aliam.

Sic viatori Romam, v. g., Parisiis proficiscenti, non obest, imò prodest provinciarum et urbium, quas peragraturus est, in charta geographica inspectio; deinde et earundem in seipsis intuitus, primo in summa, deinde in individuo.

Analysis itaque quasi crepusculum est, Paraphrasis quasi aurora, Commentarius quasi merides.

Rursus analysis, quasi charta geographica, breviter et in puncto designat provincias, urbes et oppida, per quæ iter faciendum est: paraphrasis easdem provincias, urbes et oppida in seipsis exhibet itineranti; sed quasi summam et in globo; commentarius verò uniuscujusque urbis templa, palatia, omniæque visu digna singillatim representat.

Hæc itaque tria, analysis, paraphrasis et commentarius singulariter sumpta, ita lumen suum legenti conferunt ut simul sumpta plenam et perfectam dent apostolici textus intelligentiam, et notitiam pariant veritatis, quæ est mentis vita.

Circa quam unum te moneo, lector benevole, quòd, quia veritatem propter charitatem quesivi, mentisque vitam, propter vitam cordis optavi; hinc, ad veritatem indagandam, ita nihil necessarium prætermisi, ut multa tamen curiosa tantum, mentem et cor distra-

hentia et exsiccantia, potius quam vivificantia, lubens et volens omiserim.

Veritatis itaque indagande gratiâ, præviâ semper et identidem reiteratâ oratione, legi primum nostram vulgatam versionem; legi deinde textum originale et alias ejus versiones; legi plesorque antiquiores Græcos et Latinos interpretes; legi et recentiores: quibus omnibus attentè coram Deo perpensis, simulque collatis, unum tantummodò, quantum potui, et, ut reor, magis litteralem sensum elegi; tacitis pluribus aliis, aut minùs germanis, aut manifestè ab Apostoli mente alienis; quos taceo, non quia contemno, sed quia charitatem ex simplici veritate nascentem quero.

Scopus fuit ædificari, non dissipari; ardere, non torpere; amare, non otiosi: hinc otiosa, curiosa, dissipantia, non ædificantia, sed ad summum eruditionem ostentantia libens prætermitto.

Hinc et plures sensus in locis tantum difficilioribus refero, ubi propter textus obscuritatem, lectionumque varietatem, res est dubia, nec apud sacros interpretes de germano sensu satis constat.

Porro sensum, quem textui puto conformiorem, sic eligo, ut meæ tenuitatis semper minor, nihil affirmem securus, nisi quod Ecclesia catholica docet; nihil in aliis damnem austerus, nisi quod eadem Ecclesia damnat; ipsa enim mihi *veritas* est *columna*; cui firmus et inconcussus innotuit; ipsa mihi *firmamentum veritatis*, cui constans inhæreo et usque ad ultimum vite meæ momentum irrefero; ipsa sola mihi verborum Dei interpres est irrefragabilis, cujus judicia in omnibus sequi profiteor; si quid ergo præter mentem, in his à me scriptis, secus accidit, hoc ego ipse condemno et damnatum esse volo; mihi enim nomen Christianus, cognomen Catholicus.

Ne circa sanctorum interpretum citationes hæreas, lector benevole, moneo eas in eorum Commentariis esse querendas in locis, de quibus agitur. Itaque in omnibus interpretum citationibus subintelligendum est, *hic*.

D. autem Chrysostomus, cujus aliquando paginas noto, querendus est in editione Græco-Latinâ factâ Parisiis apud Sebastianum Cramoisy, 1656.

PROLOGUS

IN OMNES D. PAULI EPISTOLAS.

Quatuordecim epistolæ D. Paulus scripsit, non tam atramento, quam Spiritu Dei vivi; decem ad Ecclesias, ad Romanos scilicet unam, ad Corinthios duas, ad Galatas unam, ad Ephesios unam, ad Philip-

JOANNIS A. GORCUM IN EPISTOLAS D. PAULI

Prooemium.

Ea sacrarum litterarum profunditas et majestas est, benevole lector, ut non is à scopo aberrasse censeatur sit, qui profundo et vorticoso eas torrenti, aut oceano fundum ignoranti, comparat. Ut enim hunc pervadere et transire commode nemo potest, quin undarum violentiâ in præcepis rapiatur, nisi cymbæ se

penses unam, ad Colossenses unam, ad Thessalonicenses duas, ad Hebræos unam; quatuor ad singulares personas, nempe duas ad Timotheum, unam ad Titum et unam ad Philemonem.

Legunt quidam, et ad Laodicenses, sed ab omnibus exploditur, ait D. Hieronymus, lib. de Vir. illust.

De hæc ad Laod. Epistolâ, vide cap. 4. Epist. ad Coloss., v. 16; vide etiam Præfat. in Epist. ad Ephesios.

Constat quidem apud omnes, quòd hæc quatuordecim Epistolæ, non sint in Bibliis collocatæ, eo quo scripte fuerunt ordine; sicut duodecim prophetæ non sunt in Bibliis ordine temporum collocati, ait D. Joannes Chrysostomus; sicut psalmi Davidici temporis ordinem non habent, ait Theodoretus.

At non acè quæ constat apud omnes de ordine, quo peræque scripte fuerunt; sed in re dubiâ varii variè conjiciunt. Præcipuas referam opiniones in præfatione unicuique propriâ et singulis præpositâ.

Interim hic ordinem appono, quem recentiores, re seriò examinatâ, putant probabiliorum.

Prima omnium scripta, est prior ad Thessalonicenses, Corinthi, anno Christi 52.

Secunda posterior ad Thessalonicenses, non multò post priorem, ut patet ex materie conformitate, et ex eadem inscriptione, in quâ Sylvanus et Timotheus. Corinth. an. 52 vel 55.

Et de his duabus conveniunt omnes post D. Chrysostomum et Theodoretum; nec enim unius neoterici et quidem extranei, singularem hæc opinionem commemo, de quâ suo loco in Præfatione secundâ ad Thessalonicenses.

committat, ita illas temerè nemo vel legendo vel explicando aggredi, nisi vel, divini timoris præ majestate deterritus, cymbam consentat; vel, profundâ humilitate nixus, illarum quodammodo vadam tentet. Sensum namque arcanorum, in Scripturâ divinâ reconditorum, varietas occurrit tanta; eaque materiarum quas prosequitur diversitas; ut disciplina ipsa omnes, et quidquid ab homine sciri potest, suo complecti sinu videatur; atque adeò quadam scientiarum omnium esse universitas, scientias universas vel formaliter vel eminenter continens, ac velut mundus quidam intelligibilis, suis quatuor partibus, cen quatuor elementis, egrègè et symmetricè constitutus; cujus terra est velut in centri medio, ipsa videlicet historia sensusque litteralis; circa quam, instar æquorum, moralis intelligentie abyssus circumsecus diffunditur; circa duas hæc partes quasi inferiores ser ille naturalis scientiæ longè latèque circumvolvitur; extra omnia denique igneus ille empyrei cœli ardor, id est, divini naturæ contemplatio, quam theologiam dicunt, circumglobatur. Quomobrem, paucis ut perstringam, uti sensus illius historicus terre, tropologicus aque, sic non inscitè allegoricus aëri, anagogicus igni et ætheri comparari posse videntur. Ad eò scilicet Scriptura fertilis et uber est, utpote è quâ, velut è Paradiso terrestri, quatuor illa flumina celeberrima omnem circum undique regionem irrigantia prorumpunt, quatuor horum sensuum fluentia proflunt. Non tamen quòd omnis Scriptura hocce semper et ubique sensus patitur, etsi litteralem omnis habeat; nam in novo Testamento vix allegoria locum habet, in Epistolis verò ipsis rarissima est tropologia.

Quas inter Paulinæ non postremum, quin imò favele primam, locum obtinent; harumque duplex in

Tertia ad Galatas, an. Christi 55 vel 56, Ephesi; id tamen non ut certum asseritur, sed ut rerum Paulinarum ordini conveniens; hujus, ut suo loco videbitur, tempus est omnium incertissimum.

Quarta ad Corinthios prior, an. 56, Ephesi. Quinta posterior ad Corinthios, an. 57, Philippis seu è Macedonia.

Sexta ad Romanos, an. 58, Corinthi, in portu Cenchrensi.

Septima ad Philippenses, an. 62, Romæ in primis vinculis.

Octava ad Colossenses, an. 62, Romæ in iisdem vinculis.

Nona ad Philemonem, an. 62, Romæ in iisdem vinculis, sed sperans ab eis citò liberari.

Decima ad Hebræos, an. 65, Romæ, aut saltem in Italiâ, paulò post prima vincula.

Undecima prior ad Timotheum è Macedonia, an. 64.

Duodecima ad Titum, Nicopoli, an. 64; de hæc tamen utrâque magna controversia apud auctores. Vide præfationem illius.

Decima tertia ad Ephesios, Romæ in secundis vinculis, an. 66.

Decima quarta posterior ad Timotheum, Romæ in secundis vinculis et moti vicinis, an. 66.

Et de his duabus etiam controversitur; multi enim volunt quòd in primis vinculis scripte fuerint; de quibus vide præfationes proprias.

Hunc ordinem stabilit et quantum potest, probat dominus de Tillemont, in suis in D. Paulum Notis, *Mémoires*, etc.

genere objectum est, doctrina scilicet, et morum christianorum conformatio. Prior enim cuiusque ferè Epistolæ pars dogmatica est, in quâ nimirum, quæ ad fidei nostræ spectant, mysteria Apostolus perstringit. Posterior, ethica, in quâ morum vitæque formam tradit fidelibus; idque variè et mixtim, Hebræorum veterum ritu, et more epistolicæ scriptiõni perfamiliari. Inter fidei autem mysteria, tria potissimum, suo tempore inprimis scitu necessaria, Apostolus inculcat; puta, primò Christi œconomiam et gratiam, ipsamque unicum esse nostrum Relemporem; à quo nimirum gratia omnis, justitia et salus romanias, per novæ Christi legis inductionem, penitus esse abrogatas. Denique hereses jam tum suppullantes, quas passim perstringit et jugulat; inprimis autem Simonis Magi (à quo ceu utero viperino plurimæ aliæ soboles virulentæ proserperunt, Meander videlicet, Saturninus, Basilides, Gnostici, Carpocrates, quæ item à SS. Petro et Judâ apostolis suis depinguntur coloribus), tum verò et Ebionitarum et Cerinthianorum dogmata, cane pejus et angue esse fugienda. Hinc quæ de cavendâ philosophiâ, de falsâ angelorum religione et cultu, de superstitioso ciborum delectu, deque horum similibus inculcat, non aliter intelligenda sunt, quàm quatenus sua ex partium igitentis ac philosophorum erroribus dogmata Simoniani conflant. Posteriore verò Epistolæ parte, virtutes tradit christianas et ethicam sacram; idque non per continuos discursus, ad instar Aristotelis aliorumque ethices magistrorum, sed per breves gnomas, nervosæque sententias, easque profusè scèpe sine ullo ordine congestas. Hæc namque ethices tradendæ ratio veteribus Hebræis in usu fuit, ut à

Unicuique Epistolae suam, in hoc opere, proprium anteponeatur argumentum; Interim in genere dici potest, quod omnium D. Pauli Epistolarum triplex argumentum esse videatur.

Primum, fidei dogmata stabilire et explicare, mores christianos inculcare, ad perseverantiam in fide et virtutibus animare.

Hiuc plerumque prior earum pars est dogmatica; posterior verò moralis.

Aliud argumenti genus est Judaisum, legisque Mosaeicae caeremonias, per novam Christi legem abrogatas, impugnare et eradicare; praesertim in Epistolis ad Romanos, ad Galatas, ad Philippenses, ad Hebraeos.

Tertium, haereses, jam tum subnascentes, suffocare; praecipue in Epistolis ad Ephesios, ad Colossenses, ad Timotheum.

Haec omnes Epistolae, si excipiatur quae ad Hebraeos, scriptae sunt Graecè; tum quia ad Graecos, tum quia Graecè tunc loquebantur ferè omnes; hinc et ad Romanos, etiam Graecè scriptis, ut dicitur in hujus Epistolae praefatione.

Porro quam utile sit has omnes Epistolas legere, meditari, commentari, discamus à D. Joanne Chryso-

stomo, in quo desudet atque elaboret, restat; et patens sit inexhaustus, è quo multa licet continerentur, semper quod de novo haurias, reliquum erit, nec ad unum pertinges fundum, quocumque demum modo commitaris.

Quae porro pluribus diffusèque uterque hic commentari est prosecutus, et ingentibus succulentis voluminibus, horum brevis quoddam ipse sumpsit ad summam concinnare Compendium studii; ita tamen, nullum ut locum vel verbum omiserim, quod aliquam includere difficultatem videatur, quin ejus, qui potui brevitate et quoad licet, dilucidam expositionem afferam. Clariora itaque paucissimis et obiter perstringo; quae verò te remorari posse, lector, putem, ea prolixius, brevitas tamen quam spectro minime oblitus, sum prosecutus. Inter legendum occurrere solitas quaestiones resco; exempla historiarum quae veteres omitto, variarum interpretationum conciliationes studio supprimo; lectionum varietatem, aut ad Hebraeos aut Graecos fontes, rarissime revoce; sensuum denique discrimina paucis attingo; nudam literae corticem tollere elaboro, latentemque introrsum verborum nucleum, mentemque Apostoli erere, praecipuum mihi intentum est. In quo tibi, lector, commotis non medicoriter eras visior; tum modestum ac tetricum longiora legendi fastidium, quod suboriri nonnumquam vasto in discursu solent, rescedendo: tum tempus (cujus habendam rationem potissimum sapientes monent) tibi lucrificandum. Nec verò est quod commune illud Epitomas carpentium convicium, compendia librorum merè esse illorum dispensia saepe temerè assententium, verear; nullum quippe per me vel Apostolus ipse, vel commentatores ambo, patiuntur detrimentum, dum ex illorum sententià et expositione nudam apostoliceorum verborum sensum mentemque scribentis afferre conato; et nihil, quod ambo quidem cogitata habent necessarium, omitto; quin imò materiam ex utroque sugero, in qua te longius latinsque, si videris, distendas. Isti hic ergo velut panis his coctus, arduus quidem, sed succulentus; coarctatus, sed substantia plenissimus. Paxillum hic videbis in elocutione carnis, sed nervorum, cartilagineum et medullarum in sensibus plurimum, et materiarum rerumque Paulinarum liada, in parvi hujus libelli putamine

stomo, harum interprete fidelissimo.

Paulinae, inquit, Epistolae, metalla sunt spiritus et fontes; metalla quidem, quia quovis auro pretiosiores nobis praebent divitias; fontes verò, quia nunquam deficiunt, sed quantumlibet exhauris, tantumdem ac multò amplius rursus affluit; et hoc evidenter declarare potest totum tempus quod praeteriit.

Siquidem ex quo Paulus vixit, quingenti jam elapsi sunt anni, totoque hoc tempore, multi tum commentatores, tum doctores ac interpretes, multa sepè inde exhaurerunt, nec tamen repositis inibi divitias exinanire valuerunt; non est enim sensibilis hic thesaurus, et ideò non consumitur à multis effodientium manibus, sed augetur et multiplicatur.

Et quid dico de illis qui ante nos fuerunt? quam multi post nos dicturi sunt; ac rursus post illos alii, nec tamen deficient fontis in modum scatenes divitiae; neque metallorum hoc genus exhaurietur. D. Chrysostomus in dictum Apost., habentes unum spiritum, homin. tertii.

Expertus ego, mentis licet exillissimae, et Paulino pectori penetrando, infinitè imparis, haec D. Chrysostomi verba quasi prophetica, ad litteram vera reperi.

colar, in quo desudet atque elaboret, restat; et patens sit inexhaustus, è quo multa licet continerentur, semper quod de novo haurias, reliquum erit, nec ad unum pertinges fundum, quocumque demum modo commitaris.

Quae porro pluribus diffusèque uterque hic commentari est prosecutus, et ingentibus succulentis voluminibus, horum brevis quoddam ipse sumpsit ad summam concinnare Compendium studii; ita tamen, nullum ut locum vel verbum omiserim, quod aliquam includere difficultatem videatur, quin ejus, qui potui brevitate et quoad licet, dilucidam expositionem afferam. Clariora itaque paucissimis et obiter perstringo; quae verò te remorari posse, lector, putem, ea prolixius, brevitas tamen quam spectro minime oblitus, sum prosecutus. Inter legendum occurrere solitas quaestiones resco; exempla historiarum quae veteres omitto, variarum interpretationum conciliationes studio supprimo; lectionum varietatem, aut ad Hebraeos aut Graecos fontes, rarissime revoce; sensuum denique discrimina paucis attingo; nudam literae corticem tollere elaboro, latentemque introrsum verborum nucleum, mentemque Apostoli erere, praecipuum mihi intentum est. In quo tibi, lector, commotis non medicoriter eras visior; tum modestum ac tetricum longiora legendi fastidium, quod suboriri nonnumquam vasto in discursu solent, rescedendo: tum tempus (cujus habendam rationem potissimum sapientes monent) tibi lucrificandum. Nec verò est quod commune illud Epitomas carpentium convicium, compendia librorum merè esse illorum dispensia saepe temerè assententium, verear; nullum quippe per me vel Apostolus ipse, vel commentatores ambo, patiuntur detrimentum, dum ex illorum sententià et expositione nudam apostoliceorum verborum sensum mentemque scribentis afferre conato; et nihil, quod ambo quidem cogitata habent necessarium, omitto; quin imò materiam ex utroque sugero, in qua te longius latinsque, si videris, distendas. Isti hic ergo velut panis his coctus, arduus quidem, sed succulentus; coarctatus, sed substantia plenissimus. Paxillum hic videbis in elocutione carnis, sed nervorum, cartilagineum et medullarum in sensibus plurimum, et materiarum rerumque Paulinarum liada, in parvi hujus libelli putamine

Epistolae Paulinae metalla sunt spiritus indeficientia; et fontes luminis et ignis, ut ita dicam, inexhaustibiles.

Experire, lector, ejuscumque eruditionis, ingenique solidioris et acutioris, et haec eadem verba repe-ae nuce conclusam. Videbis quoque achemem illum legis Pyrrhi, multa exiguo in spatio spectanda dan-tem: navei quoque sculptoris Myrmeceidus, quae omnia magne navis instrumenta sub muscalis alic unbraculo clarè videnda exhibeat. Cernes hic pugnum chasum, qui accuratè ruminacione patefactus, patientem explicatamque tibi manum exeret in multos

ries veriora; si praesertim indefesso studio cor pium adjuveris et humile; ita ut oratione fervida et humili frequenter petas à Deo, quod studium solum suppeditare non poterit.

distinctam digitos et articulos. Reperies licet item multos calices clausos, qui attente considerationis tuae patefacti radios, insignium divinarumque flores rerum excludunt. Vestem hic quoque habebis, sed complicatam et involutam; haec ut explices jubeo, si in usum eam tuum convertere volueris. Invenies hic denique Archimedis sphaeram, multa astra et spiritualia lumina brevi in circumferentià complectentem.

IN EPISTOLAM AD ROMANOS

Praefationes.

Haec Epistola, ordine temporum, sexta aut septima plerumque reputatur; in Bibliis tamen prima collocatur, non tantum, quia Roma caput est mundi, sed multò magis, quia haec ad Romanos Epistola continet christiane religionis capita; fidem, gratiam, Christi merita.

De hac Epistola, multi, non sine causâ, existimant dictum à D. Petro, 2 Ep., c. 5, quaedam esse difficilia intellectus; reverâ, praeceteris Epistolis, difficillima est, ut fatetur Origenes, D. Hieronymus; quin et difficultas deterruit D. Augustinum, ne ceptam hujus Epistolae explicationem perficeret, ut ait lib. Retract., c. 25.

Hujus obscuritatis causa quidem communis aliis etiam Epistolis Paulinis, imò et aliorum Apostolorum scriptis, quia, licet sermo sit Graecus, phrasim tamen saepè est Hebraica, seu potius Syriaca. Causa verò D. Paulo specialis, et in hac praesertim Epistola, quia sermo ejus hiulcus, confragosus, saepè abruptus et intercuris; à proposito in aliud, quasi quodam impetu, ruens: deinde ad seipsum revertens; objectionibus tactis et non evolutis respondens; multas Hebraeo-

rum sententias obiter tangens, et non explicans, sed notas supponens.

Aliae sunt obscuritatum cause, de quibus videatur D. Hieron., quaest. ad Galgiam decimâ.

At difficultatem compensat utilitatis magnitudo, ait Estius; quod enim utilis in vita, quam id discere, sine quo benè, beatè et in aeternum vivere non possis?

Hujus Epistolae scribendae occasio fuit orta contentio inter eos qui ex Judeis, et illos qui ex gentibus conversi fuerant.

Judei hujus contentiones auctores, praer nimio legis et Judaismi zelo, gentiles, etiam post conversionem in Ecclesia, aspernantur, quasi Dei gratiâ indignos; sese verò, ob legis Mosaeicae observantiam, Evangelii gratiâ dignos arbitrantur; dignosque qui aliis in omnibus praerferantur. Hinc rixae, altercatio et ob-jurgatio.

Gloriantur Judei quòd Dei populus erant, cui data lex, ad quem prophetae missi, cui promissus et datus Christus, etc.: haec autem omnia, suis, et

testamentis, ut Paulus Ephes. 2 loquitur, extraneas. Hujus generis fuisse dicunt illos qui cum Petro discipulabant, Act. 11, expositulantes quòd homines gentes fecisset Evangelii particeps; quique post auditi Petri satisfactione mirati dicebant: Ergo et gentibus poenitentiam dedit Deus ad vitam. Alterum verò genus eorum qui adstringi volebant observacione legis Mosaeicae: quòd sine eâ justificari et salvari quomquam posse non arcendas quidem gentes ab Evangelio putarent, sed tamen negarent, utcumque Evangelium ac legem Christi recepisset. Quòd genus erant qui fratres ex gentilitate conversos dicebant, Act. 15: Nisi circumciderintur secundum morem Moysi, non potestis salvari. Et iterum: Quia oportet circumcidi eos, praecipere quoque servare legem Moysi. Item, qui Galatas in servitutum Mosaeicae legis redigere volebant, Galat. 2. Verum haec distinctio judaizantium mihi parum solida videtur. Nam ut Judei parati semper erant gentiles, ad communionem suae religionis admittere tanquam proselytos et ascelitos, ita Christiani Judaizantium ab Evangelii gratiâ ac spe salutis neminem excludendam gentem, modò circumcisi cum legum Mosaeicarum observantem. Unde et illi Petri

majorum suorum meritis attribuebant; zelo scilicet et fidelitati, quibus Deo vero servierant: propter quae fides et Evangelium ipsis tanquam hereditas et patrimonium erant debita; gentilibus autem utpote idololatriis, omnibusque vitis deditis, gratis data.

Gentiles verò de scientiâ, philosophiâ scilicet, gloriabantur; quin et extollebant quosdam suorum, qui et veri Dei notitiam habuerant, multaque prudenter, fortiter ac justè gesserant; Judæis autem suam in Deum rebellionem; imò et suam quoque idololatriam improprietatem; de qua testis est Scriptura: obiciebant et ipsis persecutiones, quas prophetis intulerant; ac precipue mortem quam ipsi Christo Domino injustè et cruentè dederunt; hincque se digniores affirmabant, quibus Evangelii gratiam Deus exhiberet.

Sic ergo altercantibus Romanis Apostolus sese medium interponit; partiumque questiones ita dirimit, ut asserat 1^o utrumque populum, Judæum et Græcum graviter deliquisse; gentilem, quia Deum ex creaturâ cognovit, non glorificavit; Judæum verò, quia Dei reprehensores dicebant: *Quare intrastis ad viros propitium habentes?* Id est, inexcusatos; non utique reprehensuri, si gentiles illi circumcisi fuissent. Quod verò dixisse cum admiratione leguntur: *Ergo et gentibus penitentiam dedit Deus*, sic intellige, gentibus in præcepto manentibus. Hoc enim mysterium pris in-cognitum, ac sibi valde paradoxum, Petro visionem que sibi fuerat oculis ostensa, narrante jam dicebant. Igitur hæc judaizantium distinctione præmissa, quando nec appareat omnino Judæos qui Romæ erant, pertrahere velis gentiles qui in Christum crederant, ad Mosaicæ legis observationem (neque enim in hæc Epistola tale quid usquam significatur), illud potius dicendum, occasionem hujus ad Romanos Epistolæ scribende natam fuisse ex contentione quæ Romæ inter Judæos et gentiles, utrosque fideles, s. b. orta fuerat, ut dicere coepam, de meritis et justificatione; sed dicitur utrique suis meritis Evangelii gratiam arrogare. Et enim Judæi (qui quidem erant, ut dixi, contentionis auctores) jactabant se Dei populum esse quondam electum, gentibus in idololatriâ derelictis; legem cum judicis et ceremoniis à Deo sibi datam, non illis; patriarchas suos ac prophetas Dei familiares, et horum oracula sibi tradita; denique Dei promissa et pacta secum inita, maxime de mittendo Messia salvatore, eodemque ex ipsis nascituro, qui jam missus ad ipsos, et ex ipsis natus esset. Quæ omnia tanquam præclara de illis etiam Paulus ipse commemorat sparsim in hæc Epistola, ut c. 3, 9, 11 et 15. Propter quod dicit aliquoties: *Judæo primò et Græco*; videlicet Judæorum præ gentilibus prerogativam indicans. Hæc autem omnia meritis suorum majorum, cum quibus unus esset populus, attribuebant Judæi; sua quoque merita velut ad eum multum adentes, quid à majoribus suis minime degenerarent, utpote reinendi cultus ac legis observantæ studiosissimi; digni proinde quibus potius quam aliis populis Evangelii gratiam ac promissa Deus offerret; quemadmodum et jam obtulisset, Christo filio ejus Evangelium suum Judæis non gentibus annuntians. Gentiles contra, quos Apostolus Græcos appellat, suam Græciam philosophiæ parentem, sapientiæ virtutumque studis exultant ac nobiliter prædicabant; specialiter Romani multa à majoribus suis non solum fortiter, verum etiam temperanter et justè facta quibus imperium et gloriam immortalem suæ genti, peperissent, commemorabant. Ceterum idololatriæ crimen ita rejiciebant gentiles, ut ignorantia deputandum dicerent, non malitia. Nec tamen etiam inter ipsos deluisse qui unum verum Deum, invisibilem,

legem non observavit; unde concludit omnes esse sub peccato; et idè neutrum suâ justitiâ salutem meruisse; sed omnes Dei Salvatoris egere gratiâ.

Scopus igitur Apostoli in hæc Epistola est ostendere quòd Christi gratiâ, nec Judæis data sit, ob Mosaicæ legis observantiam, nec gentilibus, ob legis naturalis custodiam: sed merè gratis et ex purâ Dei misericordiâ.

Hinc cap. 1 horrida philosophorum gentiliùm scelera revelat; cap. 2 Judæorum transgressiones; cap. 3 concludit omnes esse sub peccato, nec habere de quo gloriantur; ibidem circa finem capituli suam de gratiâ justificatione, gentibus et Judæis oblatâ, doctrinam aperit; cap. 4 hæc suam doctrinam confirmat exemplo ipsius Abrahæ, gratis per fidem justificat; in cap. 5 hujus gratiæ justificationis excellentiam declarat et utilitatem; cap. 6 hortatur sic justificatos, ut sanctis moribus justitiam servant et augent, quia, ut cap. 7 docet, post justificationem manet adhuc concupiscentia, quam lex acit, sed

æternum, omnipotentem ex officio mundi cognovissent. Judæis certè qui tot Dei beneficiis ingrati, toties in superstitionem falsorum deorum relapsi fuissent, denique Messiam Dei filium promissum ac missum, malè acceptum turpissimâ morte condemnassent multo esse digniores esse, quibus Evangelii sui gratiam Deus exhiberet. Istius modi igitur altercatione inter fideles qui Romæ erant exorta et indies gliscente, Paulus pro munere suo apostolico occurrendum ratus, hæc ad eos mittit Epistolam, quæ primum utriusque partis fastum deprimit, ostendens omnes priusquam à Deo vocarentur ad fidem Christi, fuisse peccatis subditos, et à verâ justitiâ alienos; idèoque nihil habere de quo vel alteri adversus alteros sese venditent, vel utriusque gloriam coram Deo possint, tanquam de aliquo merito gratiæ et salutis oblatæ per Christum. Docet itaque gratuitum Dei donum esse justificationem, hæc est, non per legem, aut ex ullo operum merito, dignitate, respectu, sed gratis per fidem in Christum propitiatorem, justificari tam gentiles quam Judæos. Atque hæc status est et principale argumentum Epistolæ. Quod quidem beatus Augustinus brevissimè perscrinxit in expositione quarundam propositionum hujus Epistolæ, cum dixit in eâ versari questionem operum legis et gratiæ. Ac rursus in Epistola 105 ad Sixtum Romanum presbyterum, postea pontificem, ita scribens: *De gratiæ commendatione maxime ad Romanos Epistola loquitur, ut inde se prædicatio ejus velut à capite orbis toto orbe diffunderet; ac est enim quæ justificatur impius*. Eundem plurius argumentum hujus Epistolæ explicentem consulite, si placet, in hujus Epistolæ inchoatâ expositione, et l. 1. divine prædicationis, questione 2. Est autem hæc vera ac germana de justificatione doctrina, non que opera nostra à negotio justificationis simpliciter excludat, ut sectarii volunt (siquidem et ipsa fides opus quoddam nostrum est), sed que à justificatione removeat opera sive legis, sive naturæ, fidem præcedentia, et omnino ea quæ non sunt ex fide. Quam Apostoli mentem esse ex ipsis Epistolæ progressu planius videmus. Porro liquet ex dictis, in hæc Epistola præter non versari questionem, quæ in Epistola ad Galatas scripta, nun ad salutem necessaria sit observatio legis ceremonialis datæ per Moysen, et proinde gentiles, si salvi esse vellet, eam suscipere debent; sed de lege morali disputationem esse, quam Judæi scriptam in tabulis acceperant, gentiles tantum animis impressam gerebant. Quærebatur enim an ea lex sive scripta, sive insita justificare possit hominem, et ejusmodi justitiâ preparatus, donorum ac promissio-

quam gratia superat et reprimi; in cap. 8 enumerat fructus ex fide Christi nascentes.

In cap. 9, 10, 11, docet gentes ad justitiam electas esse, Judæos verò rejectos ab illâ, quia gentes Christo crederent; Judæi autem credere noluerunt. Ex hæc Judæorum rejectione consequentiâ prævenit, quæ contra Dei veritatem et justitiam deduci possent; et hujus rejectionis limites notat et quod tempus et quod personas; Judæorum rejectio fuit vocationis gentium occasio: hæc rejectionem timeant et gentes. A cap. 12 usque ad finem Epistolæ, mores instruit.

Dux igitur sunt hujus Epistolæ partes: prima, quæ est dogmatica, complectitur undecim capita; secunda, quæ est ethica, continetur quatuor capitibus. Caput 16 varias continet salutationes.

Scripta fuit Græcè, tum quia è Græciâ, ubi D. Pau-

rum quæ secum affert Evangelium, particeps fieret. Potissimum tamen ad legem Decalogi respectu Apostolus, propter Judæos, qui in illa fiduciam justitiæ collocabant multo amplius quam gentiles in lege naturæ; cuius se multifarie transgressores fuisse facile videbant. Cur autem eos qui circumcissionem ac factæ legis ceremonialis observarent, hic non increpet, sicut in Epistola ad Galatas, ratio jam ante dicta est. Nam gentiles Romani non erant hoc passî quod Galatæ, ut in legem et circumcissionem à pseudoapostolis traderentur; Judæi verò qui magna pars erant eorum ad quos hæc Epistola scribitur, ab avito more morum abstrahendi erant (neque enim tempus advenerat) tantum docendi (quod satis hæc Epistola agit), ne ex lege quoquo modo justitiam expectarent. Alioqui Paulum non docuisset discessionem à Moysæ eorum qui per gentes erant Judæorum, de quâ re postea Jerosolymis accusatus fuit, Act. 21, vel inde constat, quia passim cum Judæis Judaicè vivebat. *Factus sum, inquit, Judæis tanquam Judæus; iis qui sub lege sunt, quasi sub lege essem, 1 Cor. 9.* Quocirca Jacobus Apostolus de accusatoribus ejus: *Et sciant, inquit illi, quia que de te audierunt, falsa sunt*. Occupat Paulus in argumento memorato ab initio Epistolæ usque ad finem capituli undecimi. Postquam enim docuit omnes sub peccato esse, nec habere de quo gloriantur, deinde post medium capituli 5 suam doctrinam de gratiâ per fidem justificatione, gentibus acque et Judæis oblatâ exponit; eamque capite 4 confirmat ad exemplum Abrahæ. Ut autem hoc Christi beneficium magis illustret, originem prodiit peccati in humano genere, ejusque tyrannidem describit, à quâ per Christi gratiam liberamur. Ista exsequitur c. 5, 6 et 7. Hinc cap. 8, repetitâ magnitudine beneficii, per Christum exhibiti, declarat ordinem, vim et efficaciam divine prædicationis. À quâ, transitu facto ad Judæorum reprobatorem, mox de utraque in universum disserit, et ita quidem, ut tam electionis quam reprobatorem causam in solam Dei referat voluntatem. Capite 10 rursus justitiam que ex fide est, à Judæis ignoratam, toto orbe prædicatam commendat. Denique, capite 11, quæ de populi Judaici reprobatore dixerat, ita mitigat, ut doceat reliquias ex eo servari, imò futurum aliquando ut ipsa natio Christum recipiat, fide gentium provocata. Sequitur deinde Epistola pars ethica, quæ Romanos variis ac necessariis pro teampore præceptis ad vitam bonè christianèque ducendam

lus lingue Græcæ assueverat; tum quia lingua Græcæ tunc Romanis omnibus, etiam feminis, teste Juvenali, erat in usu quotidiano; tum quia advenis Romæ morantibus (quales erant plurimi hujus Ecclesiæ Christiani) lingua Græcæ notior erat quam Romana, seu Latina; tum denique, quia hæc epistola, utpote continens pleraque religionis capita, digna erat quæ ad omnes totius orbis Ecclesias mitteretur; Græcæ autem, ut ait Cicero pro Archia, leguntur in omnibus fermè gentibus; Latina suis finibus sanè exiguis confinentur. Quia enim Græci, à tempore Alexandri Magni, domiti fuerant omnibus ferè gentibus; Græcè loquebantur ferè omnes.

Hinc Græcè scripsit Apostolus gentium, exceptâ ad Hæbreos Epistola.

Scripta fuit Cenchreis, seu in portu Cenchreensi, qui erat ubi Corintho vicinus, anno Christi 58, ut putat Baronius, et per Phebeam diaconissam lata.

informat. Revocat inprimis à vitis et corruptelis seculi; tum ad charitatis officia munit præstanda, ut inter membra ejusdem corporis, hortatur. Hinc omnes quoque non modo non infidelibus, sed etiam benevolis prosequendus esse, Principibus ac magistratibus ex animo parendum. Omnibus reddenda debita. Infirmos in fide à firmioribus tolerandos se fovendos Christi Salvatoris exemplo. Hæc aguntur à cap. 12 usque ad cap. 15, ubi quedam subiecti de sua ergo Romanos officio,स्पष्ट facies, quòd ad eos sit venturus. Extremum capitulum variis continet salutationes. Est autem huic Epistolæ peculiaris, quòd etsi plurimum universos qui Romæ erant fideles adducat à Apostolo, inter quos tamen proprie ad Judæos, interdum ad gentiles convertat sermonem. Ad Judæos quidem c. 2 fertur totus; item c. 7 et 14. Ad gentiles, c. 11, ab eo loco: *Vobis enim dico gentibus*. Et cap. 15, ubi ait: *Audacius autem scripsi vobis*, etc.; nam gentium specialiter id dicit sequentiâ manifestans. Nec solum ea res, verum etiam multa alia sunt, quæ huic Epistolæ intelligendæ difficultatem afferant; adeo ut affirmet Hieron. in octavâ ad Algasium questionem, omnem hæc ad Rom. Epistolam nimis obscuritatis involutam esse. Et si voluero, inquit, cuncta discere, nequaquam mihi unus liber, sed nulla et magna erunt scribenda volumina. Quod utique dictum ab eo præcipue propter doctrinam justificationis et annexorum, quæ majorem occupat Epistolæ partem. Quæ causa magnum etiam Augustinum deterruit, ne ceptum opus expositionis hujus Epistolæ periret, ut ipse testatur lib. 1 Retract., cap. 25. Quin et illud quod Petrus scribit 2 Epist., 5, in Paulinis Epistolis esse quadam intellectu difficilia, de hæc ad Romanos Epistola potissimum accipi debere, non abs re multo existimant. Verumtamen difficultatem hæc, quantumcunque ea sit, abundè compensat utilitatis magnitudo. Quil enim utilis homini in vita, quam id discere sine quo bonè beateque et æternum vivere non possit? Quod ex professo traditur in hæc Epistola. Scripta est autem à Corinthio, quemadmodum bonè docent Origenes et alii. Nam ultimo capite commendat Phebeam Ecclesiæ que in Cenchreis erat, ministrant. Erant autem Cenchreæ portus Corinthi. Cajum quoque qui Corinthi morabatur, hospitem suum vocat. Idipsum confirmat Græcorum hypographie Epistolæ subiecta. Sicut qui Athenis scriptam dicant, sed nihil afferunt probabile.

